UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrivm Sanctorvm Rogatiani & Feliciſsimi: Ex Epistola B. Cypriani, 81. Paſsi sunt anno salutis 260. Valeriani & Galicni Impp. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

Visual Library

Tumuli eorum miraculis celebres.

magnam ædificarunt ecclesiam: in qua eorum meritis cælitus largitur infirmis ſanctas.

Vide 2. Tom. C Baron & Not. ad Martyr. Roman. 26. Octob.

MARTYRIVM SANCTORVM ROGAtiani & Feliciſsimi: Ex Epiſtola B. Cypriani, 81. Paßi ſunt anno ſalutis 260. Valeriani & Gallieni Impp. 6.

QVANTA horum Martyrum ſæuiſſima hac perſecutione in perferendis multiplicibus pro Chriſtiana religione ſupplicijs enituerit animi fortitudo & inuictum robur, ipſa B. Cypriani teſtificatione ſatis manifeſtum euadit. Eorum ſiquidem virtutes & conſtantiam haud immeritò collaudans; cæteros confeſſores pro Chriſti nomine decertantes, hiſce fere verbis ad eorum imitationem hortatur. Sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum, glorioſum ſenem, viam vobis ad gloriã temporis noſtri religioſa virtute & diuina dignatione facientem, qui cum Feliciſſimo fratre noſtro, quieto ſemper & ſobrio, excipiens ferocientis populi impetum, primum hoſpitium vobis in carcere præparauit: & metator quodam modo veſter, nũc quoque vos antecedit. Quod vt conſummetur in vobis, aſſiduis orationibus Dominum deprecamur: vt initijs ad ſumma pergentibus, quos confiteri fecit, faciat & coronari.

MAR-